

nandum Capellanos amovibiles in Parochialibus Ecclesiis, quando fama privilegii concurrat. Bald. d. q. 7. Anton. Gabriel. conclus. prima de prescript. 2. num. 16.

57 At hac omnia cessant post constitutionem Urbani VIII. quia in his, quae sunt praedicta Ecclesiis, dicta constitutio improbat, & annullat consuetudines, & praescriptiones, etiam si sint immemorabiles, & cum praesentia fama privilegii Apostolici, idque ob eam rationem, quia cum privilegia huiusmodi consueverint in scriptis expediti, probatur negativa eo ipso, quod in Registris Apostolicis non reperiuntur registrata, aut non exhibentur originalia, vel transumpta; & mens Romanorum Pontificum semper fuit huiusmodi praedictas consuetudines numquam approbandi, seu confirmandi, nisi de praesentia approbatione, vel confirmatione Apostolica constiterit ex praedictis registris, aut originalibus, vel transumptis, ut in §. Nec non reliqua, & patet infra in summano, num. 73. Hoc enim modo sufficienter probatur negativa, ut dixi supra, num. 47, & 48.

58 Porro cum ad Rom. Pontificis officium spectet Ecclesiarum indemnitati consulere, & Quae in Ecclesiis, supra de constitut. c. 3. infra de arbit. libertatis, immunitatisque Ecclesiasticam tueri, c. 1. de immunit. Eccl. lib. 6. & consuetudines Ecclesiasticas praedictas, ac perniciosas extirpare, ut ex hoc textu notant Anchar. in primo not. Cardin. & Decius uterque in 2. not. Hinc providae san. mem. Urban. VIII. constitutionem edidit die 6. Junii 1641. incip. Romanus Pontifex, quam per partes singulas compendiosè hic referendam duxi, ut illius esse possit, cum sit de materia admodum gravi, & quotidie in praxi occurrente.

60 Dividitur ergo haec constitutio, in 8. partes. In prima narrat causam constitutionis, nempe quod aliqui Legati, & Nuntii, aliique sedis Apostolicae ministri, Gubernatores, ac officiales Camerae, nec non Barones, & feudarii praeter, vel contra facultates sibi concessas aliqua Sedi Apostolicae, aut jurisdictioni, vel immunitati, seu libertati Ecclesiasticae Ecclesiis, ac personis Ecclesiasticis, earumque bonis, & juribus praedictis fecerunt, seu tolerarunt. Quodque gratia, & investitura bonorum etiam jurisdictionalium ad Romanam, vel inferiores Ecclesias spectantium ad certas vitas, seu lineas factae longius proponuntur, vel perpetuantur, cum tamen Legati, & alii praedicti sine speciali Papae mandato nulla huiusmodi praedicta unquam taceat, vel expresse facere potuerint, nec Romanis Pontificibus illa innovaverint, saltem cum suis circumstantiis. Beneficia verò Apostolica, maxime ubi agitur de praedictis perpetuo, semper consueverint in scriptis expediti: adeo ut si in registris Apostolicis non reperiuntur, aut non exhibentur originalia, vel transumpta iuxta formam alterius constitutionis eiusdem Urbani edita die prima Junii 1639. inde deducatur Romanos Pontifices nunquam super his beneficiis concessisse. Cum praesertim publicetur quotannis Bulla in die Cenae Domini pro impugnantibus, & evitandis huiusmodi praedictis, quae propterea fuerunt, ac sunt ipso jure nulla.

61 In secunda parte ibi, nihilominus, ad abundantiorem cautelam reprobat, & damnat, & eo ipso nulla esse declarat omnia, & singula acta, decreta, indulta, & declarationes, concordia, & pacta etiam nomine Sedis Apostolicae inita, alienationesque officiorum, ac jurium eiusdem Sedis, Ecclesiarumve inferiorum, & quascunque alias dispositiones Romanae, seu quibusvis aliis Ecclesiis, ac personis Ecclesiasticis, seu jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticae quomodolibet praedicta a legatis, & aliis antedictis quomodocunque emanata, etiam per viam declarationis, vel constitutionis, ac sub reservatione, vel promissione beneplaciti Apostolici etiam cum executione, & longissima observantia subsequuta, etiam intuitu supremorum Principum ex quacunque causa, etiam transactionis, vel pacis universalis, etiam sub praetextu, quod Bullae Apostolicae non sint publicatae, vel usu receptae, aut contrario usu abrogatae, etiam in permitendo editionem librorum, ut praefertur, praedicta, seu continentur opinioniones damnatas, vel minus legitimas constitutionum Apostolicarum interpretationes, vel contra disciplinam Ecclesiasticam.

62 In tertia parte ibi, Maleficia quoque, damnat, & reprobat, & nulla esse declarat in specie praedicta infra scripta. primo scilicet molestias, & impedimenta Legatis, & ministris Apostolicis per quoscunque illata in denegando ingressum in provinciam, vel eorum facultates impediendo, & eos expellendo. Secundo, collectas, militum hospitaliones, & alia onera super Ecclesiis, & locis pijs, ac personis Ecclesiasticis, earumque bonis, seu fructibus per laicos, vel alios quoscunque sine Apostolica auctoritate imposita, & exacta etiam a sponte contribuentibus. Tertio, molestias, carcerationes, & attentata quocunque a quibusvis laicis contra personas Ecclesiasticas, vel Ecclesias, vel earum bona, sive iura etiam per tempus immemorabile, etiam cum forma privilegii executioni demandata. Quarto, & transgressiones Canonum, constitutionum Apostolicarum, & generalium Conciliorum in praedictum Sedis Apostolicae, sive jurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae, seu Ecclesiarum, earumque bonorum, seu fructuum, etiam, ut praemittitur, effectum sortitas.

63 Quinto, prorogationes, & perpetuationes gratiarum, & investiturarum ad certas vitas, vel tempus jam elapsam, item pignorationum, venditionum cum pacto redimendi, aliarumque dispositionum de bonis etiam feudalis, ac juribus Sedi Apostolicae, & inferiorum Ecclesiarum quocunque tempore executioni demandatas.

64 In quarta parte ibi, Nec non reliqua, generaliter damnat, & irrita esse declarat omnia quocunque, & quacunque sedi Apostolicae, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, earumque bonis, & fructibus quomodolibet praedicta cum omnibus inde secutis; adiciens illa non fuisse convalidata etiam ex immemorabili tempore cum fama privilegii Apostolici, juncta etiam scientia, & permissione Romanorum Pontificum. Nec inde aliquam praesumptionem beneplaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, aut praescriptionem induci posse, nisi de approbatione appareat

65 In quinta parte, ubi in superius, quia quandoque per ministrorum incuriam in provisionibus cathedralium narratur, & admittitur praesentatio, nominatio, vel supplicatio, licet de jure partem non constet: & quandoque nonnulla decreta in provisionibus Ecclesiarum apponi solita, narratur per obitum expirasse, cum tamen perdurare debeant quousque fuerint adimpleta: quandoque vero in indultis, & privilegijs omittuntur litterae, quibus impetrantes ex tylo se obligant ad tuendam immunitatem, ac libertatem ecclesiasticam: & quandoque in expeditionibus gratiarum narratur facta in vim concordatorum cum sede Apostolica initorum, quae tamen expirarunt: declarat huiusmodi narrationes, & admissiones erroneas, ac minime praedictas.

66 In sexta parte ibi, Itaqueque ultimam, declarat, & decernit ultimum statutum ecclesiarum, locorum jurisdictionalium, gratiarum & concessionum, iurium Apostolicae Sedis, & inferiorum ecclesiarum non esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu modo, vel forma praemissis constat.

67 In septima parte ibi, & quantum, prohibet quibuscunque etiam regularibus interpretationem tam huius constitutionis, quam gratiarum, ac dispositionum Apostolicarum in favorem supremorum Principum sub pena excommunicationis latae sententiae, ac nullitatis gerendorum; de declarationemque sibi, ac successoribus reservat, & ante declarationem vult Bullam hanc ad litteram esse intelligendam.

68 In octava parte ibi, praesentes quoque. Ponit clausulas executivas, & removet obitacla, derogans contrarijs, & in specie regulae de jure quae sita non tollendo, & consuetudini, sive praescriptioni etiam quadraginta annorum, & immemorabili & cum forma privilegii, cum clausula sublata, & decreto irritanti. Praeservat tamen declarationes, in Romana curia factas per Romanam vel cameram, aut alios a papa specialiter deputatos. Item praeservat centenariam praescriptionem concurrentibus de jure requisitis, & immemorabilem, nisi in casibus, in quibus per sacros Canones, seu Consilia universalia, vel constitutiones Apostolicas illa reprobat, seu illi derogatur, aut aliis de jure illa non suffragatur, firma tamen remanente Bulla Cenae Domini.

DE CONSVETVDINE.

Cap. Quanto.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**ONSVETUDO non habilitat Presbyteros ad ea, quae sunt reservata ordini Episcopali.
- 2 Confirmationis Sacramentum conferri potest per solos Episcopos, non autem per simplices Sacerdotes.
- 3 Episcopus non licet, nec unquam licuit committere Sacerdoti, ut conferat Christum.
- 4 Papa an possit dare licentiam non Episcopo conferendi Ordines sacros.
- 5 Consuetudo Ecclesiae praevalet auctoritati cuiuscunque Doctoris.
- 6 Opinio Butri, & Abb. circa potestatem Sacerdotum resellitur tanquam periculosa. & n. seq. usque ad n. 20.
- 7 Episcopi, & Sacerdotes gradu, ordine, & potestate differunt etiam in primitiva Ecclesia. & n. seq.
- 8 Episcopi in locum Apostolorum, Presbyteri vero in locum Discipulorum successerunt. & n. 11.
- 9 Promotio non fit nisi de minori ad maius.
- 10 Intellectus c. Olim, 55, dist.
- Presbyteri olim nomine ab Episcopo non differrent sed propter schismata. Facta est nominum distinctio ibidem, & n. seq.
- 11 Episcopi, & Presbyteri unde dicantur.
- 12 Presbyteros non differre ab Episcopo, Arrianorum fuit heresis.
- 13 Maiorum, & minorum Sacerdotum discretio, non ab Apostolis, sed ab ipso Christo sumitur exordium.
- 14 Sacerdos supremus in primitiva Ecclesia consecratur speciali consecratione, & ad specialem actum.
- 15 Episcopi praecipue pertinent ad hierarchicum ordinem divina ordinatione institutum.
- 16 Ecclesia effectum Sacramenti impedit non potest, quando concurrunt ea, quae sunt de necessitate Sacramenti.
- 17 Presbyteri consueverunt, & Episcopi hactenus Confirmationis, & Ordinis conferunt: non obstante Ecclesiae prohibitione.
- 18 Episcopus, vel Sacerdos excommunicatus depositus, & degradatus potestatem conferendi non amittit.
- 19 Consuetudo circa potestatem Presbyteri tribuendam in haec sunt Ordinis Episcopalis nihil potest.
- 20 Generali ordini Sylvestrinorum an possit sui subditis Regularibus conferri, & minores ordines conferri, ut consuevit ab immemorabili tempore & n. seq. usque in finem.
- 21 Abbas non potest primo conferri, & minores conferri nisi sit Presbyter & benedictus.
- 22 Abbas non benedictus non potest minores ordines conferre, nisi Episcopus retro requisitus eum benedicere recusari.
- 23 Benedictio Abbatis est de substantia quoad potestatem ordines conferendi, sed non quoad hoc ut electus dicatur Abbas.

- 24 Abbas ante benedictionem potest exercere ea, quae sunt officij.
- Ordines conferre non est officij tantum, sed ordinis ibid.
- 25 Abbas benedictus conferens minores ordines seculari, imprimis characterem, secus si non sit benedictus.
- 26 Benedictio proportionaliter attribuit Abbati, quod consecratur Episcopo.
- Episcopus non consecratus non potest ordines conferre. ibid.
- 27 Communicatio privilegiorum in forma communi non comprehendit facultatem conferendi ordines.
- 28 Communicatio quantumvis ampla, & generalis non comprehendit facultatem ordinandi, cum sit difficultatis concessio.
- 29 Abbas non benedictus quantumvis ex privilegio habeat usum Pontificalium, non tamen potest ordines conferre.
- 30 Consuetudo etiam immemorabilis ordines conferendi non suffragatur.
- 31 Privilegio multa acquiri possunt, quae tamen non possunt praescribi.
- 32 Consuetudo conferendi Sacramenta solum Episcopis reservata improbat.
- 33 Immemorabilis possessio quando habeat vim tituli.
- 34 Possidere quis non potest, is non potest prescribere.
- 35 Ecclesia per simplicem Sacerdotem non potest reconciliari, & contraria consuetudo est corruptela.
- 36 Ordines minores conferre est ordinis Episcopalis, non autem iurisdictionis.
- 37 Archiepiscopus ante susceptum pallium, & Episcopus non consecratus possunt exercere quae sunt iurisdictionis tantum.
- 38 Delegari possunt ab Episcopo quae sunt iurisdictionis, etiam non Sacerdoti, sed non ea quae sunt ordinis.
- 39 Vicarius capituli sede vacante succedit in his, quae sunt iurisdictionis, non autem in his, quae sunt ordinis.
- 40 Degradatio, seu depositio a minoribus ordinibus est ordinis Episcopalis.
- Instituendus, ac destituentis manat ab eodem fonte. ibid.
- 41 Episcopi declarantur esse Presbyteris superiores, & soli ministros Ecclesiae ordinare.
- 42 Consuetudo contra Concilia generalia valide introduci non potest.
- Concilia generalia habent tacitam derogationem ad sequentes dispositiones contrarias. ibid.
- Privilegium Pape contra Concilium absque derogatione non valet. ibidem.

QUANTO. Protextu consuetudinibus Presbyteri non possunt in fronte chrismare: hoc dicit secundum Ioan. Andr. Card. Anchar. & Imol. Sed quia haec littera loquitur indefinite de Sacramentis, quae solis Episcopis sunt reservata, & Sacramentum Confirmationis non ponitur nisi gratia exempli; ideo secundum Ant. de Butr. & Abb. generalis sic potest summiari. Consuetudo non habilitat Presbyteros ad ea, quae sunt ordinis

Episcopalis, seu reservata ordini Episcopali. Dividitur in duas partes. In prima ponitur praesumptio nulla fuisse differentiam inter Episcopos, & simplices Sacerdotes, & consequenter summam potestatem ordinis esse potestatem Sacerdotalem, ita ut omnia sacerdos ex vi potestatis sacerdotalis possit omnia Sacramenta ministrare, Confirmationem, omnes Ordines, omnes benedictiones, & omnes consecrationes impertiri, quod videtur erroneum; quoniam Apostoli, in quorum locum Episcopi successerunt, d. c. In novo 21. dist. fuerunt a Christo instituti gradu, potestate, & ordine majores, & superiores Discipulis, in quorum locum successerunt Presbyteri, ut per glo. Luc. 10. Idque manifestum esse cuiuslibet ideo dicit Carlin. Turrecem. in d. c. Legimus, num. 1. vers. sed ista opinio. Nos enim duodecim elegit, quos Apostolos nominavit. Matth. 10. de quibus in Plalm. 44. Constituit eos principes super omnem terram. Et in Plalm. 138. Nihil confortatus est principatum eorum. Quod ipsi colligitur ex electione Matthiae, qui erat unus ex septuaginta duobus, quem, & Barnabam similiter Discipulum, ut gloss. dicit Actor. 1. Statuerunt orantes qui eum elegerunt in opus ministerii Apostolorum. Hinc enim manifeste patet non esse eadem ministeria Apostolorum, & Discipulorum, sed differens status, & potestate, quando quidem si idem status, & ministerium esset Apostolorum, & Discipulorum, frustra Discipulus diceretur assum ad id quod iam erat. Ad hoc, d. c. Legimus, 93. dist. vers. Qui prohibetur, de minori ad maius provehitur. Et eodem modo Paulus, & Barnabas inter Discipulos assumptus est, & consecratus in Episcopum, Actor. 12. quando Spiritus sanctus dixit, Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpti eos, tunc testimonio. & orantes, impone resque eis manus, dimiserunt eos: Atque ita Paulus & Barnabas ex Discipulis consecrati sunt Episcopi. Unde patet etiam in primitiva Ecclesia extitisse differentiam gradus, ordinis, & potestatis inter Episcopos, & simplices sacerdotes, quod solus probat Turrecem. in d. c. Legimus, d. num. 1. vers. Vtrum inter Episcopum, & Presbyterum semper fuerit differentia in gradu potestatis, & jurisdictionis.

7 Primò enim in eorum dictis Butr. & Abb. affirmant in primitiva Ecclesia ad colationem sacramentorum nullam fuisse differentiam inter Episcopos, & simplices Sacerdotes, & consequenter summam potestatem ordinis esse potestatem Sacerdotalem, ita ut omnia sacerdos ex vi potestatis sacerdotalis possit omnia Sacramenta ministrare, Confirmationem, omnes Ordines, omnes benedictiones, & omnes consecrationes impertiri, quod videtur erroneum; quoniam Apostoli, in quorum locum Episcopi successerunt, d. c. In novo 21. dist. fuerunt a Christo instituti gradu, potestate, & ordine majores, & superiores Discipulis, in quorum locum successerunt Presbyteri, ut per glo. Luc. 10. Idque manifestum esse cuiuslibet ideo dicit Carlin. Turrecem. in d. c. Legimus, num. 1. vers. sed ista opinio. Nos enim duodecim elegit, quos Apostolos nominavit. Matth. 10. de quibus in Plalm. 44. Constituit eos principes super omnem terram. Et in Plalm. 138. Nihil confortatus est principatum eorum. Quod ipsi colligitur ex electione Matthiae, qui erat unus ex septuaginta duobus, quem, & Barnabam similiter Discipulum, ut gloss. dicit Actor. 1. Statuerunt orantes qui eum elegerunt in opus ministerii Apostolorum. Hinc enim manifeste patet non esse eadem ministeria Apostolorum, & Discipulorum, sed differens status, & potestate, quando quidem si idem status, & ministerium esset Apostolorum, & Discipulorum, frustra Discipulus diceretur assum ad id quod iam erat. Ad hoc, d. c. Legimus, 93. dist. vers. Qui prohibetur, de minori ad maius provehitur. Et eodem modo Paulus, & Barnabas inter Discipulos assumptus est, & consecratus in Episcopum, Actor. 12. quando Spiritus sanctus dixit, Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpti eos, tunc testimonio. & orantes, impone resque eis manus, dimiserunt eos: Atque ita Paulus & Barnabas ex Discipulis consecrati sunt Episcopi. Unde patet etiam in primitiva Ecclesia extitisse differentiam gradus, ordinis, & potestatis inter Episcopos, & simplices sacerdotes, quod solus probat Turrecem. in d. c. Legimus, d. num. 1. vers. Vtrum inter Episcopum, & Presbyterum semper fuerit differentia in gradu potestatis, & jurisdictionis.

8 Secundo nota secundum Ant. de Butr. num. 5. in tertio not. & Abb. num. 2. in secundo not. ex ritu Apostolorum impediri impressionem characteris in Sacramento Confirmationis, & Ordinis: Nam, ut ipsi dicunt immediate post mortem Christi omnes Presbyteri in communi regebant ecclesiam & sacerdotes ordinabant. c. In novo, 21. dist. & c. Legimus, 93. dist. nec erant inter eos Episcopi, sed idem presbyter. quod Episcopus, ut in c. Olim, 95. dist. sed postmodum ad schismata sedanda ordinaverunt Apostoli, ut crearentur Episcopi, & certa Sacramenta eis reservarent, illa interdicendo simplicibus presbyteris, ut in d. c. Legimus. Verum haec doctrina est admodum periculosa, & implicat tres assertiones omnino falsas.

est Episcoporum, sic & in Septuaginta duobus Discipulis forma est Presbyterorum secundi ordinis. Postmodum tamen ad schisma vitandum necessarium fuit, ut etiam nomine distinguerentur, ut scilicet majores dicerentur Episcopi, minores autem Presbyteri. Dicitur autem presbyteros non differre ab Episcopis, inter dogmata haeretica numerat Augustinus in lib. de haer. ubi quod Arriani dicebant presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni. Hæc S. Tho. similiter Hugo in d. c. Legimus, 93. dist. dicit ab initio differentiam fuisse inter Episcopos, & simplices sacerdotes, sicut & nunc est in administratione, & praelatione, & in officiis, & in Sacramentis sed quo ad appellationem non fuisse differentiam, quia communiter, & indifferenter illi & isti dicebantur Episcopi, & presbyteri; sed quia schismata inceperunt tunc in ecclesia ex ipsa paritate nominis; ideo circa ea submovenda convenienter statutum est ut sicut potestate differant, ita & nominibus. c. In illi 80. dist. & sequuntur in cod. c. Legimus. Arch. num. 5. Turrecem. num. 2. vers. Nec, distat, & num. 4. vers. Huiusmodi; & praeo. n. 1. & idem Turrecem in d. c. Olim in principio, 95. dist.

9 Secundo, affirmant Butr. & Abb. differentiam inter Episcopos, & sacerdotes quoad potestatem consecrationis, & ordinis fuisse introductam ex ordinatione Apostolorum, quod similiter videtur erroneum. Imo enim ut legitur in can. Decretis, 21. dist. [Simpliciter maiorum, & minorum Sacerdotum discretio in novo testamento ab ipso Christo sumptis exordii, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes; & Septuaginta duos Discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Hæc ibi: Quoad modum enim in veteri lege, quae figurata sunt novæ, ad Heb. 7. supremus Sacerdos ex ordinatione divina consecratur speciali consecratione, & ad specialem actum ultra simplices sacerdotes, ut patet Levit. 8. sic & in nova lege dicendum est ex divina ordinatione constitutum esse ut Episcopus, qui est summus sacerdos, consecratur ad specialem actum, qui ei soli competit, qui est ministros ordinare, & huiusmodi, quae solis Episcopis conveniunt. Quo argumento utitur Gratianus in d. can. Decretis, vers. Summi enim Pontificis. Et Turrecem in praeo. c. Legimus, 93. dist. num. 6. vers. secunda conclusio. Quae multo clarior procedunt post Concilium Trident. quod in c. 4. sess. 23. de Sacram. Ordinis iuncto can. 6. declarat præter ceteros ecclesiasticos gradus Episcoporum, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hierarchicum ordinem divina ordinatione institutum præcipue pertinere, & possitos, sicut Apostolus ait, d. Spiritu sancto regere ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores esse, at Sacramentum Confirmationis conferre, ministros ecclesiae ordinare, atque alia peraeque agere ipsos posse, quatum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Et in can. 7. subiecit anathemati contrarium dicentes. Quomobrem hodie hæreticum esse affirmare Episcopos non esse presbyteris superiores ex institutione divina tenet Vasquez in 3. part. D. Thoma tom. 3. dist. 240. cap. 3. num. 26.

10 Tertio affirmant Butr. & Abb. ex ritu Apostolorum factum esse ut simplices sacerdotes administrando

est Episcoporum, sic & in Septuaginta duobus Discipulis forma est Presbyterorum secundi ordinis. Postmodum tamen ad schisma vitandum necessarium fuit, ut etiam nomine distinguerentur, ut scilicet majores dicerentur Episcopi, minores autem Presbyteri. Dicitur autem presbyteros non differre ab Episcopis, inter dogmata haeretica numerat Augustinus in lib. de haer. ubi quod Arriani dicebant presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni. Hæc S. Tho. similiter Hugo in d. c. Legimus, 93. dist. dicit ab initio differentiam fuisse inter Episcopos, & simplices sacerdotes, sicut & nunc est in administratione, & praelatione, & in officiis, & in Sacramentis sed quo ad appellationem non fuisse differentiam, quia communiter, & indifferenter illi & isti dicebantur Episcopi, & presbyteri; sed quia schismata inceperunt tunc in ecclesia ex ipsa paritate nominis; ideo circa ea submovenda convenienter statutum est ut sicut potestate differant, ita & nominibus. c. In illi 80. dist. & sequuntur in cod. c. Legimus. Arch. num. 5. Turrecem. num. 2. vers. Nec, distat, & num. 4. vers. Huiusmodi; & praeo. n. 1. & idem Turrecem in d. c. Olim in principio, 95. dist.

9 Secundo, affirmant Butr. & Abb. differentiam inter Episcopos, & sacerdotes quoad potestatem consecrationis, & ordinis fuisse introductam ex ordinatione Apostolorum, quod similiter videtur erroneum. Imo enim ut legitur in can. Decretis, 21. dist. [Simpliciter maiorum, & minorum Sacerdotum discretio in novo testamento ab ipso Christo sumptis exordii, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes; & Septuaginta duos Discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Hæc ibi: Quoad modum enim in veteri lege, quae figurata sunt novæ, ad Heb. 7. supremus Sacerdos ex ordinatione divina consecratur speciali consecratione, & ad specialem actum ultra simplices sacerdotes, ut patet Levit. 8. sic & in nova lege dicendum est ex divina ordinatione constitutum esse ut Episcopus, qui est summus sacerdos, consecratur ad specialem actum, qui ei soli competit, qui est ministros ordinare, & huiusmodi, quae solis Episcopis conveniunt. Quo argumento utitur Gratianus in d. can. Decretis, vers. Summi enim Pontificis. Et Turrecem in praeo. c. Legimus, 93. dist. num. 6. vers. secunda conclusio. Quae multo clarior procedunt post Concilium Trident. quod in c. 4. sess. 23. de Sacram. Ordinis iuncto can. 6. declarat præter ceteros ecclesiasticos gradus Episcoporum, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hierarchicum ordinem divina ordinatione institutum præcipue pertinere, & possitos, sicut Apostolus ait, d. Spiritu sancto regere ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores esse, at Sacramentum Confirmationis conferre, ministros ecclesiae ordinare, atque alia peraeque agere ipsos posse, quatum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. Et in can. 7. subiecit anathemati contrarium dicentes. Quomobrem hodie hæreticum esse affirmare Episcopos non esse presbyteris superiores ex institutione divina tenet Vasquez in 3. part. D. Thoma tom. 3. dist. 240. cap. 3. num. 26.

10 Tertio affirmant Butr. & Abb. ex ritu Apostolorum factum esse ut simplices sacerdotes administrando

strando Sacramentum Confirmationis, & Ordinis, non imprimat characterem. Quod similiter stare non potest, quia Ecclesia non potest impedire effectum Sacramenti, quando concurrunt ea, quae sunt de necessitate Sacramenti, c. Ordinationes, 9. q. 1. c. Quod quidam 1. q. 1. Unde si verum esset simplicem Sacerdotem ex ordinatione Christi esse verum ministrum Sacramenti Chrismatis, & Ordinis, non potuisset ab Ecclesia impediri impressio characteris, neque enim quicumque effectus, puta scandalum, vel schisma potest effectum Sacramenti impedire, ut inquit Turcetem, in d. c. Legimus, 93. dist. nu. 2. vers.

17 Tertio probatur conclusio. Et propterea Bellam, hic nu. 9. post Henric. vers. Henricus Verò, concludit Presbyteros conficere, & Episcopos characterem Confirmationis, Ordinis conferre, non obstantem quavis Ecclesiae prohibitione, allegat Archid. in c. Manus de consecrat. dist. 5. & Guilel. de Monte Laud. in Clem. Plerisque, de elect. & tenet hic expressè Innoc. nu. 4. Qua ratione factum est ut Sacerdos & Episcopus etiam excommunicatus, depositus, & degradatus retineat potestatem consecrandi, quia ordinem non amittit, sed tantum jus consecrandi sibi aufertur, & idèd si consecrat, peccat, sed tamen consecratum est Episcopus enim non dedit ordinem, sed Deus per ministerium Episcopi, & Deus posset auferre, non Episcopus, quia non est constitutus minister auferendi ordinem, sicut conferendi, quia propter efficaciam consecrationis debet esse ordo perpetuus, ut formaliter inquit D. Thom. in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. q. 4. in corp. & ad. 2. Et hanc dictè verissimam opinionem Sylvell. in ver. Degradatio, nu. 9.

Tertio nota circa potestatem inferioribus Sacerdotibus tribuendam in his quae sunt ordinis Episcopalis, consuetudinem nihil posse, ut hic per Butr. nu. 7. Imol. nu. 2. in ult. notab. Abb. nu. 2. & reliquos omnes. An autem hoc vendicet sibi locum si consuetudo sit immemorabilis, dicam plenè in quest. seq.

25 Ex facto quæsitum est, An generalis Ordinis Sylvellrinorum possit suis subditis Regularibus primam tonsuram, & minores ordines conferre, pro ut ab immemorabili tempore conferre consuevit.

Videtur respondendum non posse. Nam ex iuris communis dispositione ad hoc ut Abbas suos subditos ordinibus minoribus initiare valeat, duo necessario requiruntur, id est ut sit solemniter benedictus, & Presbyter, ut statutum est in septima Synodo relata in c. Quoniam, 69. dist. & in c. Cum contingat, de stat. & qualic. his verbis: Dummodo ipis ab Episcopo secundum morem praeferendorum Abbatum manus impositio facta noscatur, & consuetudo existeret Sacerdotem per primam tonsuram juxta formam Ecclesiae datam a talibus clericalis ordo confertur. Ex quibus verbis, praesertim ponderando dictionem illam, dummodo, quae facit dispositionem conditionalem, adeo ut nisi verificetur qualitas illa adjecta, dispositio locum non habeat, c. fin. in fin. de translat. Epis. c. Excuratorum, in fin. de usu pall. Gemini, cons. 96. Pro hujus dubij declaratione, nu. 4. vers. Nam haec dictio, dummodo, satis clare colligitur duas condiciones esse necessarias ad hoc ut per primam tonsuram Abbas conferat ordinem

clericalem, & inter has condiciones primo loco requiritur, ut ei manus impositio per Episcopum facta sit. Quae quidem manus impositio nihil est aliud, quam sollemnis benedictio: ut illic glos. & Doct. interpretantur. Et dixi in c. Presbyter, de Sacrament. non iterum. Idem probat text. in c. Primo de supplen. negli. Pralat. ubi ita demum Abbas non benedictus potest suos Monachos benedicere, & ordinare, si Episcopus tertio requisitus eundem Abbatem benedicere recusaverit: quod indicat se mota Episcopi reculatione. Abbatem non benedictum non posse suos subditos ordinare, cum Pontifex illud concesserit in odium Episcoporum, ne propterea in spiritualibus patiantur Monasteria detrimentum propter Episcoporum negligentiam, ut ibi animadvertit glos. in verb. Alia. Atque ita simplices Abbates, quibus manus impositio per Episcopum facta non est, proflus carere potestate Ordines conferendi, scripserunt in d. c. Cum contingat, Hoff. lo. and. Ant. de Butrio. Abb. & alij omnes, Bertac. in 1. tit. de Episcopis lib. 3. par. 2. nu. 9. Sylvell. in verb. Ordo tertius sub nu. 2. vers. Simples verò Abbates, Rebut. in praes. tit. de clerico. & quibus, & quomodo nu. 14. & Gabr. cons. 81. nu. 27. in fine, & nu. 29. lib. 2. Neque obstant DD. in contrarium allegari, quia non dicunt benedictionem non esse de substantia ad effectum conferendi Ordines: id enim esset contra canones superiores relatos: sed solum dicunt eam non esse de substantia ad hoc, ut electus dicatur Abbas; nam etiam sine benedictione Abbas est. Atque ita loquitur Card. in Clem. Attendentes, & Stratumus, questione 6. nu. 2. in fin. do stat. monac. Felin. in c. Ante num. 7. de reser. lo. de Salva, de benef. q. 38. nu. 6. & q. 2. nu. 78. & seq. Ex quavis videtur idem asserant, abbatem ante benedictionem posse exercere ea quae sunt officij, & ordines tamen conferre non esse officij tantum, sed ordinis, ut ait Innoc. in d. c. 1. nu. 2. de supplen. negli. Pralat. atque ibi etiam Bellam, nu. 11. circa prin. vers. Dicit tamen, & Card. col. 2. ante fin. vers. Et hoc videtur sentire. Nec aliud statuitur decreto c. 10. sess. 23. Concilii Trid. nam ibi tantum prohibentur Abbates conferre ordines cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit. Unde non potest desumi à contrario sensu ut suo subdito regulari cuilibet Abbas possit conferre ordines: sed ita demum si habeat qualitates à sacris canonibus requisitas, cum Concilium hac in parte nihil disponat, recipiatque declarationem, atque interpretationem confirmam à jure communi, l. 2. de noxal. glos. hact. & DD. in l. Sciendum ff. Qui satis, cog. Atque ita hanc sententiam alias secuta est sacra Congregatio Concilij: declaravit enim secularem tonsuratum ab Abbate benedictio, vel habente privilegium ut possit ea omnia, quae potest Abbas benedictus, quamvis ab eo non deberet ordinari ob demptam sibi à Concilio jurisdictionem, receptisse tamen characterem; secus verò si Abbas non esset benedictus, vel tale privilegium non haberet, cum eo casu proflus careat ordinandi potestate. Itaque Generalis Sylvellrinorum quatenus sit Abbas, quod tamen est satis dubium, ut in facto deducitur, tamen cum non sit benedictus, ut est in consensu, nullo modo potest de jure communi minores ordines conferre

Id enim proportionaliter praestat benedictio Abbatibus, quod consecratio Episcopis, Felin. in c. Inter monasterium, in prin. de re iudic. & scriptum plenius in cap. 1. in 4. notab. de suppl. negli. Pralator. ideoque non potest conferre ordines Abbas ante benedictionem, sicut non potest Episcopus ante consecrationem, c. Transmissa obi glos. in verb. De talibus, & c. quod sent. 5. Præterea, de elect.

Ex privilegijs autem Generalis similiter non videtur hanc facultatem habere. Nam quod pertinet ad communicationem privilegiorum quamvis Paulus V. extenderit omnia privilegia ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium ad Congregationem Sylvellrinorum: in litteris tamen Apostolicis adest clausula, dummodo privilegia sacris canonibus & Trid. Conc. decretis non sint contraria. Atque ita hæc communicatio non comprehendit facultatem conferendi ordines, quæ in Abbate non benedictio est contra canones, ut in d. c. Quoniam, & c. Cum contingat. Rursus quamvis idem Pontifex concesserit Monasterio Gualdi ejusdem ordinis Nucerinae diocesis omnia privilegia quae competunt in Christo ordini sancti Benedicti. Certum est tamen hoc privilegium extendi non posse ad facultatem ordinandi quam habent Abbates sancti Benedicti, quia in eodem Monasterio nullus Abbas degit, sed tantum simplex Prior cui non congruit prædicta facultas, nec unquam illa usus est. Unde cum eam non habeat superior ipsius Monasterij, cui localiter concessum est privilegium, longe minus illam habebit Generalis, qui nititur sola communicatione, & extensione ejusdem privilegij, arg. l. Nemo plus iuris ff. de reg. iur. cum concord. de quibus ibi per glos. At præterea absolutum est hujusmodi communicationes quantumvis amplas, & generales nunquam comprehendere ea quae sunt Ordinis, cum sint difficilioræ concessionis, ut in specie plenissime consuluit Ant. de Butr. cons. 19. Quod sæpius fuit approbatum in Nota, & in Congregatione Concilij in casibus contingentibus. Privilegium verò quod addertur Concilio IV. tantum concedit Generali usum insignium Pontificalium his verbis: [Ut tu, & successores tui, qui erunt pro tempore Generales docti ordinis, mitra decorata, annulo, & alijs quibuscumque Pontificalibus insignijs uti, & post Missarum solemniam super populum benedictionem solemnem elargiri liberè possitis,] & c. Hoc autem privilegium nullo modo comprehendit facultatem exercendi ea, quae sunt ordinis, ut probat text. juncta glos. in verb. Tonsuram, in c. Abbates de privilegijs in 6. ibi enim disponitur, ut Abbas, qui ex indulto Apostolico potest uti Pontificalibus, possit etiam conferre tonsuram suis subditis, glos. verò. Et hoc intelligi, inquit, secundum determinationem d. c. Cum contingat, de Abbate benedictio, & Presbytero, & sequitur ibidem Anch. sub nu. 3. Et hanc sententiam probavit sacra Congregatio in Abbate Monasterij Beate Marie de Laude Tornacensis diocesis, censuit enim ejusmodi Abbatem potuisse regularibus sibi subditis conferre primam tonsuram, ac minores ordines, quamvis in indulto Apostolico, quo eodem conceditur usus Mitrae & Baculi, nulla de ejusmodi facultate habeatur mentio; dummodo tamen fuerit solemniter be-

nedictus, & Presbyter. Ratio est, quia insignia Pontificalia sunt potius dignitatis, quam ordinis Episcopalis, & hoc praestant Abbatibus, quod gentalia mulis; ut dicit lo. And. in c. 1. 1. Apostolica, de privileg. & Præpos. in c. Quoniam nu. 69. dist. ideoque ex concessione unius non inferitur ad aliud, ut in de Abbate, post Floi. tradunt Gem. & Franc. proposit. & Card. in d. Clem. Attendentes, & Stratumus, an te numerum quartum, de stat. Monach.

Denique non suffragatur Generalibus, quod ab immemorabili tempore suis subditis minores ordines contulerint; quia ea, quae sunt ordinis, nullo tempore praestantur; ut est textus clarus hic, ubi omnes notant, ut dixi sup. in 3. not. & in terminis Abbatis allegantis consuetudinem pro minorum ordinum collatione, post lo. And. concludit Arch. in d. c. Abbates, sub nu. 2. & Gemini. qui eam consuetudinem irrationabilem appellat, & Henric. Boich. in d. c. Cum contingat, in fin.

In Congregatione Concilij habita die 20. Decembris proximi praeteriti propositum fuit dubium, An Generalis Sylvellrinorum possit suis subditis regularibus primam tonsuram, & minores ordines conferre. Et quod pertinet ad iuris communis dispositionem considerant omnes Generali hanc facultatem non competere; cum non consistat eum esse Abbatem, & benedictum, ut requirit text. in c. Quoniam, 69. dist. & in cap. Cum contingat, de stat. & qualic. Præterea consueverunt, neque ex privilegio Generale habere hanc potestatem minores ordines conferendi; quia communicatio privilegiorum ordinis Sancti Benedicti præterquam quod habet clausula, (dummodo privilegia sacris Canonibus, & Tridentini Concilij decretis non adversentur; non extenditur ad ea, quae sunt ordinis, cum sine difficultis concessionis, juxta cons. 19. Ant. de Butrio. Et privilegium utendi insignijs Pontificalibus, quod habent Generales Sylvellrinorum non importat facultatem conferendi minores ordines, text. juncta glos. in verbo Tonsuram, in cap. Abbates, de privil. in 6. & alijs censuit S. Congregatio similiter per textum hic, majori parte Patres exiltimarunt, non suffragari consuetudinem, & secundum quam Generales pro tempore dicte religionis dicuntur ab immemorabili tempore minores ordines contulisse.

Sed quia aliquibus visum est immemorabilem consuetudinem habere vim privilegij apostolici, c. Super quibusdam, & ibi gl. in ver. Non extat memoria de verbor. significat. & tacere ut praesumatur, melior titulus de mundo, ut ubiq. dicunt DD. quos citat Menoch. cons. 90. nu. 65. & cons. 80. in 43. Rotadecis. 249. nu. 4. parti. 4. recentior. ideo placuit Patribus super hac consuetudine rursus audire Generalem.

In qua dubitatione videtur respondendum, ejusmodi consuetudinem utcumque immemorabilem non valere. Nam ea, quae sunt ordinis Episcopalis, nullo unquam tempore praestantur; sed facultas minores ordines conferendi est ordinis Episcopalis: ergo nullo tempore praestabitur: Major propositio probatur aperte in hac decretali, ubi improbat consuetudo quorundam Sacerdotum, qui praesumebant conferre Sacramenta solis Episcopis reservata; atque

hic

hinc omnes colligunt ea que sunt reservata ordini Episcopali non posse acquiri per prescriptionem etiam immemorabilem, Ratio est, quia simplex Sacerdos absque Apostolico privilegio non est capax exercendi ea que sunt ordinis Episcopalis; & prescriptio immemorabilis ita deum acquirit privilegio, & habent vim tituli, si quis vult prescribere sic capax; ut notat expressè Abbas hic num. 2. his verbis. (Nota vnam regulam mente tenendam, quod ea, que sunt ordinis Episcopalis non possunt acquiri per inferiorem ex consuetudine quantumcumque vetustissima: nam possessio temporis, cuius initium non est memoria, habet vim tituli quando datur capacitas in exercendo, alias non.) Et sic limita, cap. 1. de prescrip. lib. 6. Sec. Hoc iure, §. Dicitur aqua, ff. De aqua quod sit, & alliva, & allegat. Io. Andr. idem dicentem in c. 2. de preben. in 6. Idem notat gloss. 1. in c. Illud, 43. dist. Card. cons. 177. n. 3. Felin. post alios in cap. Cum contingat. num. 4. vers. Secunda fallit, de foro compet. Paris. in c. Cum nobis, num. 5. Et seq. de prescript. Balb. in tract. prescript. in prima parte quinta partu principali in 7. quest. num. 53. Et alij relati ab Anton. Gabr. commun. concl. lib. 5. de prescrip. concl. 1. non. 16. Et inde fit ut multa acquiri possint per privilegium, que tamen non possunt acquiri per prescriptionem immemorabilem, ut notatur in d. c. 2. de preb. in 6. in d. c. Causam, & in c. Accidit de prescrip. & tradit Barthol. Soccin. in cons. 260. vol. 2. num. 22. vers. Videmus enim quod multa privilegia concedi possunt, que immemorabili prescriptioe non quaeruntur. Etenim, ut ait Ioan. Monach. in d. cap. 2. num. 4. Jura que dicuntur tempus immemorabile habere vim privilegij, loquuntur quando cadere potest jus in aliquem ab auctoritate Sedis Apostolicæ expressa: sed jus exercendi ea, que sunt ordinis Episcopalis, non cadit in simplici Sacerdote absque expressa auctoritate Sedis Apostolicæ, ut hic, Ergo tempus immemorabile quoad hoc non habet vim privilegij. Ratio est, quia qui non potest possidere, nullo tempore potest prescribere, c. Causam, de prescrip. & c. Sine possessione reg. iur. in 6. Sed simplex Sacerdos non potest possidere, aut simpliciter exercere ea que sunt ordinis Episcopalis: ut hic patet. Ergo nec ullo tempore prescribere. Idem probat text. in c. Aqua, de consecr. eccl. vel altar. ubi Gregorius prohibet ecclesias reconciliari per simplices Sacerdotes, nisi aqua fuerit per Episcopum benedicta non obstante, inquit, consuetudine Ecclesiæ Bracharenensis, que dicenda est potius corruptela: atque ex eo textu similiter eliciunt gloss. & DD. ea, que sunt ordinis Episcopalis, nullo unquam tempore posse prescribi, cum Pontifex reprobet ibi consuetudinem tanquam corruptelam: & de consuetudine immemorabili loquuntur ibi Vinc. & Ioan. Andr.

Minor propositio, id est, Minores Ordines consuevere non esse jurisdictionis, sed Ordinis Episcopalis probatur per text. expressum in cap. Quod sit, §. Superior, de elect. ubi Innocent. III. jubet coerceri, & castigari Episcopum, qui in die consecrationis sue antequam Missarum solemniam finirentur Acolytum ordinavit, & infra, in §. Præterea reprehendit Archiepiscopum, qui antequam impetret Pallium, Clericos ordi-

nare festinat. Certum est autem Episcopum ante consecrationem, & Archiepiscopum ante susceptionem pallium posse exercere ea, que sunt jurisdictionis, non autem ea, que sunt ordinis, cap. Transmissa, ubi not. gloss. & DD. de elect. Sed Episcopus ante consecrationem, & Archiepiscopus ante susceptionem pallium non possunt minores ordines conferre. d. §. Superior, & §. Præterea, & tradit Bertach. in tract. de Episcopali, 3. part. 2. num. 8. Ergo minores ordines conferre non est jurisdictionis, sed ordinis.

Præterea, que sunt jurisdictionis, possunt alteri Sacerdoti, imò etiam non Sacerdoti ab Episcopo delegari, non autem ea que sunt ordinis Episcopalis, d. c. Aqua, de consecr. Ecclesiæ vel altar. ibi [quia licet Episcopus committere valeat que jurisdictionis existunt, que ordinis tamen Episcopalis sunt non potest inferioris gradus clericis demandare.] Et c. Si cui de elect. in 6. sed potestas conferendi minores ordines non potest ab Episcopo delegari simplici Sacerdoti, ut omnes tradunt in d. c. Aqua & probat Sylvest. in verb. Episcopus num. 9. Ergo hæc potestas non est jurisdictionis, sed ordinis Episcopalis.

Præterea in cap. Sede vacante, transeunt que pertinent ad jurisdictionem c. Cum olim, ubi gl. in verb. Capitulo de maior. & obed. sed facultas minores ordines conferendi non transit in Capitulum sede vacante, ut per gl. in c. Si Episcopus, de supplic. Prælat. in 6. & in c. Usque de minor. & obed. Feder. de Sen. cons. 30. col. 2. Ergo hæc facultas ad jurisdictionem non pertinet.

Ad hæc Clericos à minoribus ordinibus deponere, seu degradare est ordinis Episcopalis, c. Episcopus in 9. ubi gl. in verb. Reliqui. Ergo & clericos initiare, quia ejus est deponere, cuius est ordinare, c. Nullus primus 9. §. 2. c. 7. de Parochijs, Host. in c. Cum contingat. num. 2. de foro compet. Ita arguit Bertach. de Episcopali lib. 3. part. 2. num. 24. & tradit Abbas post gloss. in c. Transmissa, num. 4. de elect. Idem enim est iudex eccl. & obliqui secundum Philof. 2. de anima Turceci, in cap. Sancta Romana, num. quarto versu Tertio sic, 15. dist.

Rursus minorum Ordinum collationem non esse jurisdictionis tantum, sed ordinis, tradit expressè Innocent. in cap. 1. num. 2. de supplen. neglig. Prælat. quem ibi sequuntur Regid. Bellam. n. 11. circa prim. & Card. col. 2. ante finem, vers. Et hoc videtur sentire, & idem scripsit Archid. in cap. Quoniam 69. dist. Petr. de Anchar in c. Ea que, num. 4. de reg. iur. in 6. & Sylvest. in verb. Ordo sub num. 2. vers. Consuetudo licet det iurisdictionem.

Ad denique hanc esse fidei Catholicæ veritatem, diffinitum videtur decreto Conc. Trident. sess. 23. de Sacram. Ordin. c. 4. ubi Episcopi declarantur Presbyteris esse superiores, & ministros Ecclesiæ ordinare, & alla pleraque peragere posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent, & contrarium asserentes anathematizantur. can. 7. Concludit ergo argumentum initio propositum quod ius minores ordines conferendi, est ordinis Episcopalis, nullo unquam tempore prescribi possit. Atque hoc argumento utitur Archid. in d. cap. Quoniam, ubi ait, ius conferendi minores ordines non

non pertinere ad jurisdictionem, sed ad potestatem consecrationis vel ordinis, id est, quod non potest acquiri per consuetudinem. Et loquitur Archidias, in terminis nostris, de Abbate non benedicti. Atque id ipsum etiam de prima tonsura post Io. Andr. tradit Anchar, in c. Abbates, sub nu. 2. in quinto notat. in fin. de privi lib. 6. Et hæc consuetudinem irrationabilem appellat ibi Gemin & Henric. Boich in d. c. Cum contingat. in fin. de etat. & qualib. & est communis opinio glo. & DD. in d. c. Aqua de consecr. Ecclesiæ. vel altar.

Ex abundanti ex alio etiam capite improbat huiusmodi consuetudo, quia ut Abbas non benedictus conferat minores ordines est contra generale Concilium, videlicet contra septimam Synodum, id est secundam Nicenam, cap. 14. relatum in d. c. Quoniam, 69. dist. & in d. c. Cum contingat. At contra decreta generalis Concilij non potest valde introduci consuetudo, vel prescriptio, ut in causa Mediolanensis privilegij fori censuit superioribus annis sacra Congregatio Concilij sequuta opinionem Host. & Io. Andr. in c. Cum latet, propè fin. de reb. Ecclesiæ non alien. Bald. in tit. de pte Const. col. 4. §. Imperiali Clementie, in ver. Mor Romanorum, nu. 12. in fin. & Inf. in l. De quibus, n. 54. vers. Ad id quod eodem modo, C. De legib.

Ratio est quia generalia Concilia censentur habere tacitam derogationem ad futuras contrarias dispositiones; ita ut ex defectu voluntatis nec summi Pontificis privilegium contra Concilium sustineatur, nisi Concilio expressè derogatum fuerit, text. est ad litteram in cap. Ex parte, de Capell. Monach. & tradunt Archid. Ioan. Andr. Ioan. Monach. Gemin. Anch. & alij communiter in cap. de conscrip. in 6. Oldrad. cons. 325. Quod articuli, & Bald. in l. Humanum, in 3. not. ab. C. De leg. Undè si contra Concilium generale non valet privilegium Apostolicum, in quo adest expressus consensus Papæ, multo minus valet consuetudo, que non habet Papæ consensum nisi tacitum, ac prescriptum, ut notat Anchar. in cap. cum de Beneficio, sub nu. 2. vers. secundo quæro, de preben. in 6. Alia ratio cur non valet consuetudo contra generale Concilium, desumitur ex c. Sicur. 15. dist. eaque utuntur Host. Ioan. Andr. & DD. in d. c. Cum latet, ut alibi dixi. Itaque usus quantumcumque vetustissimus, cui innitur Abbas non benedictus pro minorum ordinum collatione, non solum improbat ex natura rei, que ex se impræscriptibilis est, sed etiam ex legis Conciliaris, contra quam legitime prescribi non potest. Proposito hoc dubio an Generalis Sylvestriensis possit suis subditis regularibus primam tonsuram, & minores ordines conferre: S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretur re accurate studio semel, atque iterum discussa, censuit non posse, & sic ordinatos characterem non recepisse. Ceterum agendum esse cum S. D. N. XV. ut eidem Generali Monisterio S. Sylvestri de Montefano, aut S. Benedicti de Fabriano Cameriniensi diecesis residentem ex speciali gratia concedere dignetur hanc facultatem quam ex longissima consuetudine exercuit conferendi primam tonsuram & quatuor minores ordines suis subditis regularibus, atque ordines perpetam collatos secreto

repetendi. Quod cum Sanctissimo relatum esset die 29. Januarij 1622. Sanctitas sua benigne annuit.

DE CONSVETVDINE

Cap. Cum venerabilis.

S V M M A R I V M.

1. Consuetudo dimittendi dignitatem, vel ad aliam se transferendi sine superioris licentia non valet. & n. 6.
2. Consuetudine induci non potest, ut electus administree non habita confirmatione à superiore. & n. 7. & 13.
3. Legati de latere possunt esse plures in una Provincia.
4. Consuetudo non, per quam rumpitur nervus Ecclesiasticæ discipline.
5. Romana Ecclesia potestas dicitur nervosa, quia non frangitur, licet in cortice vulneretur.
6. Licentia administrandi ante confirmationem non sufficit petita, nisi fuerit obtenta.
7. Immemorabilis consuetudo dimittendi Prælaturam, vel administrandi non habita superioris licentia non valet.
8. Immemorabilis non habet vim tituli, ubi consuetudo à iure est reprobat.
9. Consuetudo perniciosa est, per quam omittitur inquisitio, que in confirmatione servari debet.
10. Electus potest administrare ante confirmationem, si hoc habeat ex privilegio, ut Cistercienses, & Premonstratenses.
11. Electi in partibus remotis stante consuetudine possunt administrare ante confirmationem, etiam si curia sit ultra montes.
12. Electi in concordatâ extra Italiam, & Papa immediate subiecti administrare possunt ante confirmationem, nisi esset Legatus in provincia.

CUM VENERABILIS. Non valet consuetudo, per quam Prælati sine superioris sui licentia potest dimittere Prælaturam. Hoc dicit secundum Ioan. Andr. & alios post eum, vel plenius secundum Abb. Non potest introduci ex consuetudine, ut quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, vel ut possit electus administrare non habita confirmatione à superiore. Dividitur in tres partes. In prima ponitur temeraria translatio. In secunda translati exculatio: ibi, Postmodum. In tertia exculatio reprobatio: ibi, Cum igitur.

Nota primò ibi, Legationis officia surgerentur. In una provincia posse simul esse plures Legatos de latere prout hic erant Episcopus Host. & Cardialis S. Crucis. Secundo nota ibi, Non tam Consuetudo: non valere consuetudinem, per quam rumpitur nervus Ecclesiasticæ discipline. Bald. hic in princ. Undè dicit Archid. in c. Fraternitatis, num. 3. dist. potestatem Romanæ Ecclesiæ dici nervosam, quia non frangitur, licet in cortice vulneretur.